 qui gregem illum quem ipse congregauerat, ne desperat, quin rursus ad  
 gloriam Dei augeat. Metropolitanum non postulauit, ipse enim stante  
 adhuc vita sua consecraverat virum conspicuum, in timore Dei Magnis,  
 doctum, prudentem, dignumq; hac dignitate Patrem Josephum Villani-  
 niuim Rutzki, adpresens Metropolitanus totius Russiæ. Commendabat  
 insuper Regiæ Majestati Patrem Morozowski adpresens Episcopum Vla-  
 dimiriensem, quod sit vir virtutibus præditus, bonus, doctus, dignus,  
 quodq;

quodq; plurimum in propaganda Unione Sancta Cam juerit. Ad ulti- 163.  
mum Supremum vale dedit Regia Majestati; uti qui ad Nobiliorum  
Aulam vocaretur, ad Majestatem nempe Creatoris sui. 13

Injunctis scribendis his Literis ad Patrem Protopresbyterum con-  
versus dicit: Pater, gratia Christi confessus sum hodie, quapropter esse-  
ro, venite ad me cum sacrosancto Sacramento Corporis et Sanguinis Sal-  
vatoris mei, ut hoc pretiosissimo pabulo refectus, tutus sim in hac  
via, ad quam me Dominus meus vocare dignatur. Nox abiens Pater  
Protopresbyter cum Universo Clero ad <sup>Templum</sup> Ecclesiam, sumpto ibi sacrosancto  
Sacramento processionaliter ad eum incedebant, qui ut audiret sonum  
campanulae, Filij suis mandavit; sublevarent eum, qui etiam se-  
dentem in lecto sustentabant alter unam alter alteram manum  
suffulcens, Ille autem cum ingenti gaudio atq; dolore pectus tundens  
proferbat identidem: Dominus meus <sup>Deus</sup> ad Deus meus ad me venit; ut  
me hinc seum assumat. Accedente propius sacerdote cum sacro-  
sanctis mysterijs, inveniuntque diceret consuetam ante Communionem  
orationem, ea devotissime recitata, sumpsit Salvatorem suum, in  
qua sumptione conabatur quidem flere, sed non valuit. Sumpto  
Salvatore suo percutiebat iterum pectus dicens: Gratias tibi Christe  
Deus meus, quia me peccatorem indignum famulum tuum fecisti  
Dignum participare Sacrosanctum Sacramentum in remissionem pecca-  
torum meorum in ultima hac hora mortis meae Amen. Nox ad Proto-  
presbyterum ceterumq; Clerum conversus: Orote pro me Frater Dominum  
Deum, orationesq; solitas juxta ritum Ecclesiae Dei super agonizante,  
pro absente a vobis anima mea illico recitate, eae enim jam venit  
~~hora mea~~ tempus meum Clero accepto hinc lugubri nuncio, per quam  
devotissime non sine lacrymis dictas orationes ~~recitante~~ Ille ~~ipse~~  
eadem recitabat, pro Pastore suo, viso eo ab illis jam avelli recitante,  
Ille ipse



164. Ille ipse recitabat sed voce jam deficiente magisq; ac magis summissa  
quasi iam iam obdormiturus, Pater Protopresbytero caput eius venente  
ac suffulcente. Ad finem dictarum orationum peratissime aspira-  
re cepit, quasi obdormisset, positusq; in lecto a se ultimum spiritum  
agens, clausis oculis jaciit. Sub id autem ipsum tempus, superveni-  
ente cum illa Epistola quam scripserat Pater Morochowski, Univer-  
sus clerus illacrymatus exclamavit: Memento nostri Pater ac Mecha-  
nas noster, unicum adhuc opus non absolvisi, literas ad serenissimum  
Regem non subscripsisti. Ille vero quasi de somno erectis oculis, manum  
ad calamum extendit; cui Pater Morochowski calamum submittebat,  
litterasq; super eo posuit. Ipse sumpto calamo atq; super papyro con-  
tinue contineuit cum eo manum nihil scribens, usq; Pater Morochow-  
ski urgente: Scribe Mechas mi Hypatiam mot scripsit Hypatiam  
iterumq; manum cum calamo super charta contineuit. Pater Moro-  
chowski exclamante: Heu me adhuc vult quiddam scribere sed jam  
non valet! volentesq; calamum de manu eximere, ipse non permisit  
sed extracto de manu Patris Morochowski iterum scripsit: Servus et  
Exorator illico dicto citius calamum de manu misit, ipseq; expiravit  
quasi obdormiens, cum nostrum omnium liberorum famulorumq; eius  
dolore, quod Mechnatae ac Patrem nostrum amiserimus, cum sum-  
ma autem consolatione nostra, quod tam jucundum sanctumq; eius obi-  
tum quam plurimi hominum viderint, atq; non sine magna admira-  
tione, apud semetipsos hujusmodi christianum exitum sancti hujus  
Pastoris meditati fuerint. Domine Jesu Christe Deus noster tribue  
nobis quoq; peccatoribus similem obitum cum timore dei cordisq;  
contritione, dignemur adesse ipse exitus noster cum Beata Matre  
tua cumq; Choris Angelorum Amen. Illius etiam memoriam  
Dei:

Deest: quod in vigilia Mortis eius, nocte inter feriam tertiam &  
 quartam intermedia Dominus Petrus Piasensei vener. p<sup>re</sup>functi  
 in somno vident duodecim Apostolos quendam deum testem  
 in gremium suum suscipientes; quem somnum ita sibi interpre-  
 tabatur; Me moratam nostrum a Domino Jesu inter Apostolos conse-  
 crari. Eadem autem ipsissima nocte qua Dominus Me moratam  
 noster expiraverat, inter feriam quartam & quintam. Dominus  
 Andreas Calesti Index Terrestri Vladimiriensis vir pius atq; Deo  
 sanctus vigil vidit in celo signum admirabile; scilicet templum  
~~apertum~~ pellucidum, apertum, in limina ejus virum sedentem,  
 visusq; hoc statim judicavit, certissimis Metropolitanam nostram  
 & Templum Dei in celis apertum. Nos etiam peratores  
 indubitata spe in gratia Dei confisi, judicamus Me moratam  
 nostram atq; Dominum coram Majestate Dei consistentem,  
 deprecari Dominum Deum pro Nobis Filijs suis. Gloria Patri et  
 Filio et Spiritui sancto per omnia infinita secula seculorum Amen.  
 Hujusq; authentica de obitu Hypatij relatio. Qui in Ecclesia  
 Cathedrali Vladimiriensi sepultus, eorumq; interpositione sua apud  
 in auehibidem Majestatem Dei, eam conservat ab omni schismatis  
 impetu, conservabitq; ad consumationem seculi penes constantem  
 Universalis Pastoris Pontificis Romani obedientiam Amen.

EPISTOLA

187.  
15  
Meletij Patriarchae Alexandrini ad Hypatium Pucy  
Episcopum Vladimiriensem & Prestensem, Protothronium  
Metropolitae totius Russiae.

Meletius Dei miseratione Papa & Patriarcha Sedis  
Alexandrinae &c.

Hypatio Pucy Venerabili Episcopo Prestensi, Protothronio  
totius Russiae, Salutem ab Omnipotente Deo atq; Salvatore nostro  
Iesu Christo.

Quod ex Dei gratia incolumis ad Nos vestris ex Oris Cyrillus  
Archimandrita Vesper, dum quaedam sua hospitalitatis, actonumq;  
seu regiminis ac progressuum faceret rationes, de Tua etiam humani-  
tate retulit, inquit Te esse Virum doctum, eumq; qui possis munus  
Episcopi perquam decenter administrare; nisi Te fallauit adiuven-  
tis Academia Theologiae, quam si forte non ex integro condemnas-  
cense nullam habes rationem, ob quam approbare debeas; Siquidem  
tot quae primum inuolueris non equidem pollueretur Chris-  
tiana Religio, virginitas, quae integritate fidei conservanda est;  
Nisi inquam huius laboriosa Academia inuolutionibus, quae his  
nostris supramodum doleandis temporibus nimium inualuerunt,  
Te demeritatum per collum arripisset detrusissetq; doctrina.  
Aut cum Paulo dicam eorum hominum consortium, quibus licet loco  
Religio est, dispensat enim sacra famas aut honorum cupido seu  
auaritia in rebus etiam sanctissimis. Ne itaq; te loquerent ad  
Orientalis Ecclesiae doctrina a traditionibus Patrum illorum antiquo-  
rum, Orientalisq; Ecclesiae doctrina in qua <sup>recederes;</sup> sola Universalis Ecclesiae  
Fides constitutionesq; inuolatae, hodie dum gratia immortalis Di-  
monent;

manent; quæ cum nascereris, spirituales in te conceptæ, te leporem  
 regenerationem operatæ sunt, in quibus educatus quibus Episcopio  
 tum consecutus es, (quò munere non iudicio quid protestantibus  
 iusta quas tu etiam alios consecrâras idq; cursu aliquot an-  
 num. Interea secundum nostram statum humani imbecillitate  
 te etiam humanæ sapientiæ Harpige deceperunt, adq; diuina  
 tute inuitum baserunt.

Hæc de re inter nos conferentes, Ego met ipse (s. sic enim licuit  
 tuo illam mabar casui, miseris seducti, coacti, atq; ignoro quid  
 ultra dicam convicti hominis. Enimvero non est difficile labi, si  
 ci emareq; homini, presertim tum dum supra dictum super nos  
 statuta ac decreta presumens industria, oblita illius edictio-  
 stoli Noli fieri sapiens apud te met ipsum, aut Salomonis  
 Sapere nimium, nefus quo prinitu, curiosus quam decet scri-  
 tur. Interea tamen quod iam Universalium Synodorum Decre-  
 tis confirmatum est, illud absq; cavillationibus, Cellaq; question-  
 venerandum colendumq; est. Cui si quis contravenient, hoc illi  
 evenit, quod ipse iusto Dei iudicio offendat, pro meritam temer-  
 tatis penam subiturus. Verum inter hunc tuæ humanitati inco-  
 venientem sermonem, mihi super tuo lapsu lamentanti. Episto-  
 lam tuam legendam porrexit Cyrillus noster, in qua tu nefus ac  
 Cujus questiones de processione Spiritus Sancti provocatus, ipse  
 quasi errorem lapsumq; tuum proditurus, non indote tamen refer-  
 pseras. Nunquam te ad respondendum ausurum, quin prius  
 scires, quis ille esset quocum tibi ad in respondendo foret actus.  
 Hoc tuum iudicium terre minus profecto valeret apud Apostolum  
 qui nobis cunctis imperat, parati simus ad dandum documentum  
 Fidei nostræ. Ast ego hoc verissimum Apostoli edictum tantis pe-

ad ceterorum cognitionem tibi communicari; ne forte aliaj  
causa jungeretur tua tauternitatis consilium. Quid enim si  
verebans (quapropter profecto melius erat tibi tauterne) ne in  
manus alicujus litigiosi incidisses; unde verborum contentio  
inutilesq; dispensationes pullulassent, quod utiq; prohibet Apostolus.  
Cur igitur responsurus eras? si nosti ad quem finem tendat dispu-  
tatio? qui non hanc vanam transeuntem hujus seculi gloriam  
conabitur verum illam illius aeterni seculi firmam ac perpetuam;  
Cui usui erit? Enimvero non ideo disputare tenemur ut sem-  
per disputemus sed ideo aliquando disputandum nobis est ut  
non semper disputemus. Quod si vero ad effrenatas rixas te con-  
vertas, quid est mihi dilecte? Quomodo convertende fidei sufficiat  
contentio illius controversia illius contentiose doctrina, quam his pro-  
cipue docendis temporibus venantur Theologi: ingenti cere sudore  
fors etiam docte, verum nullo penitus fructu, cumq; exiguo  
Ecclesiae emolumento. Hoc igitur tuum propositum in specia-  
lem spem me credis, animum tuum paratissimum fore ut resipi-  
scas, idq; non sine causa, Quomodo enim vexis a fide rec-  
dere coactus es, etiam propositiones questiones de fide idcirco tibi pro-  
positae sunt, quoad dum decenter solvere minus valuisti, ita fasit  
Deus, utinam suat adexas ita de novo ad evitandum scilicet ani-  
mum tuum convertas. Spem itaq; reliquit mihi illa animadver-  
sio tua, te paratum esse ut resipiscas. Adeoq; perbelle erit regre-  
di, unde adeo turpiter caedisti; si tamen illucescat aliqua faula,  
quae illas dissipet tenebras tibi a quibusdam litigiosis & perversisq;  
Philosophis ac Theologicis disertis Doctoribus perversis in sermone  
Magistris objectas. Quid tibi ab illis sperandum, qui de rebus Divi-  
nis cum zelo divino, quoniam atq; disserunt; Id ego ~~tibi~~ <sup>erat</sup> ~~ex~~ <sup>ex</sup> charitate

170. ex charitate me presbiterum feci; Non quia supra id quam sufficit  
tempore abundem, (quod de nostris Graecis non nemo dicit) nulla enim pe-  
nitus quiete fruor; praecipue quod mihi universa fere Ecclesia por-  
ta incumbat, & fallereq; latij Domini ut ait David in terra aliena pre-  
dicare saluet Evangelium Ecclesiamq; edificare inter durissimos eius-  
dem Ecclesiae hostes. Nullam mihi a sancto doctrinam, valde exiguis  
(quod quidem ipsum non lubens dicerem, ne detrahatur Deo Praeceptis  
tuis gratia erga Nos indignos pro summis plurimisque beneficiis in-  
effabiliter agimus gratias) Nimirum inquam exiguis naturalibus do-  
tatus sum donis; ne ostentationis eorum gratia has litteras scribere  
sibi existimandus. Ipsius tamen immortalis Dei misericordiae, quae  
gratiae confusus, ad componendam hanc Epistolam ausus, non ad ma-  
lanam ostentationem, neq; ad inania Scholasticorum Theologorum  
litigia, nec ad invenendam quasi latentem veritatem, verum ad  
investigandam inventeq; a Patribus nostris, atq; praedicandam manifestatio-  
nem, propter rursus Ecclesiae vere & non nominatenus catholicae  
(ad tuendas antiquas libertates, ac genuinas Patrum traditiones,  
nunc captivas exultantesq; illud pro certo autumans, quamprimum  
clara apparet veritas, illico pulsas tenebris te obnubilantibus, admi-  
randam charitatem erga se exultaturam, praesertim apud tuam huma-  
nitatem, qui ex tua Dignitate, ex dignitate non postremè aut nati aut  
ex cultu ingenij, id prospere multis de causis teneris; specialiter au-  
tem ut & dignitatem Episcopalem quam abieisti ac amisisti, ite-  
rum recipere valeas, ab eadem Ecclesia quo te ab initio illa dona-  
verat, quaeq; iuste lato decreto cum recepisses eadem te privavit.  
Revoca vitam ad primam parem, animiq; tuae salutem quam abrenun-  
casti compara apud immortalem misericordemq; Deum & dabit  
nostram

nostrum; ut ad extremum nobis quoque <sup>et</sup> Patribus tuis, Universaq; Ecclesie  
ac ipsis Angelis gaudium letitiamq; <sup>et</sup> honores. Quod si tibi consilium meum  
placuerit, quod utiq; opto ac spero placuerit; optime mecum tecum fiet;  
utiq; enim nostrum salutare est tueri amplectiq; Sanctorum Patrum  
Decreta, Ecclesie Catholice statuta, a quibus illa sola quam ob reve-  
rentiam non nomine seipsam abscidit, illis novitatibus, noviq;  
ad inventionibus quotidie excogitatis, quas sacra scriptura anathe-  
matizat. Quod si vero absentiri neglexeris; tu tuum iudicium, ego  
vero meum non derelinquam; quinimo ego Sanctorum Patrum, Apo-  
stolorum Domini nostri Iesu Christi, Constitutiones, quarum habent  
traditiones prout docemus, prout credimus, quas approbamus,  
quas predicamus, nullis ullius hominis novitatibus corruptas, tenebo.

Obfero te igitur quatenus literas illas tuas, quibus iudicium  
tuum defendis mature inspicias, non admittis sive ad consilium, sive ad  
questiones litigiosis hominibus; verum his qui zelum Divinum habent  
ad invicendamq; administrandarumq; rerum Divinarum te iunge,  
idemq; cum ipsis sapias. <sup>in dicitur</sup> Quia enim ipse Christus litigiosa autem verba  
Apostolus reprobat. At quoniam ad illud faciendum, quod tibi mi-  
nime faciendum erat, nescio quibus questionibus aut stratagemati-  
bus adactus es; ideo priusquam ponderaverimus quid factum sit, quid ve-  
ficiendum liceret; Paterno aliquantum animo indicabimus. Iudico  
rem abstem fore, objectiones illas refellendas, dignoscendaq; stratagemate  
Philosophica, quibus non te duntaxat adeo es delusus, verum apud ple-  
rosq; illa pessimorum rerum semina esse solent; ad extra enim cum  
segmentis suis fauibus incedunt, sed illa fringunt que offendunt, cum eo-  
rum sint que fuerint, scilicet mendacia captionesq;. Quoniam vero profe-  
cto sunt, qui novitates novaq; ad inventiones in Ecclesiam Dei importarunt  
corporumq;

Corpusq; Filij Dei dilacerare ausidant, non ego te, verum tecum, illos inter-  
 rogo. Siquidem factum est quod abjecta Evangelica auctoritate, antiquo  
 laudatiliq; Ecclesie usu, Conciliorum Universalium (omittit provincialia) De-  
 cretis seu constitutionibus, Doctrina S. Patrum, ad alios rerum modos de-  
 convertunt; in suis sibi complacent adinventis, Doctrinae novallium in-  
 cumbunt, semperq; quod aliquid novi in Ecclesiam Dei introduxerint letan-  
 tur. Suis proceris non defuturum illis quid ad haec respondeant, Novi-  
 enim bene quid dixerit Athanasius Omnis injuriens ad respondendum  
omnino paratus, Omnis persequens promptus est ad respondendum. Non  
 invenietur quisquam, qui cum aliquid perversum vel malum fece-  
 rit, ad promptam repositionem non sit paratus. Verum ad haec de-  
 quibus diximus de quibusq; dicturi sumus documenta, experientias si-  
 ve testimonia addenda <sup>sunt</sup> non meum neq; tuum sed immortalis Dei  
 testimonia seu probationes. Jusq; Ecclesie sanctae, ante mea et tua;  
 Deinceps ad extremum si placeant tuum atq; meum addamus testi-  
 monia, ut illud quod Dei Ecclesiae testimonio dignum susceptu vi-  
 debitur nostro etiam arbitrio suscipiamus, caveamus autem quod  
 cavendum demonstrabitur. Ne veni in longum procedamus, cum de pluri-  
 ribus rebus questionem sumus facturi; duas has paulo diligentius  
 scrutemur, de reliquis facilius dicitur, mox ut haec recte coordinate fue-  
 rint. Quas ibi inviolatas intaminatasq; inveniri facile intelligemus.  
 ubi Evangelia perfecta traditionesq; S. Patrum Antiquorum, non vero  
 quorumvis eo nomine dignorum. Inerat quem quis in  
 in album Sanctorum; alios de numero Patrum praeter consensum Un-  
 versalis Ecclesiae deleat; modo juxta constitutiones Reverendae Unitas, Con-  
 conditq; (quam celare nefas est) integra epe concedatur.  
 Haec autem duo sunt: Primum Symbolum seu professio fidei quae  
 specialis



Speciali fidei Christianae doctrina articulum Fidei vocamus, non sicut ac  
Librum quendam publicum digito Dei conscriptum, per Patres nostros traditum  
Eclesiae Universalis consignatum. Prima enim Nicæna Synodus Universalis  
composuit, Secunda autem Universalis declaravit, ac obsignavit; dein  
legis usque ad septimam Synodum unanimiter in Universa Ecclesia Dei eadem  
professio credebatur predicabatur ac legebatur, absque ulla additamento  
aut diminutione juxta mandatum illorum Patrum, qui nobis tradi-  
derunt, quique ipsi ita crediderunt predicaveruntque. Secundum est Cæna  
Christi, unum ex sacramentis sed inter sacramenta forte principali-  
ssimum. Atamen de hoc posteriori prius loquamur; ut in quocumque  
contra hoc sacramentum, tanquam majestatem Omnium sacramentorum  
peccatum est erratumque fatilius demonstrari possit; utque hinc certiores  
evadamus considerato Symbolo Fidei, cognoscamusque qui sunt illi, qui  
professionem Fidei violaverunt. licet hoc ipsum absque comparatione cla-  
rum sit. Siquidem Dominus noster Jesus Christus administrando suam  
communionem, in ultima cæna tradendo, instituendo ac distribuendo  
utramque speciem sacramenti tradidit, Corpus suum sacrosanctum  
sub specie panis, sanguinem autem sacrosanctum sub  
specie vini. Utrumque hoc præsens erat, Panis & Vinum, utriusque quoque  
facta consecratio, scilicet utrumque consecratum, de utroque dictum in  
utriusque traditione. Post consecrationem enim dixit de pane: Accipite  
et comedite hoc est enim corpus meum. De vino autem: Bibite ex hoc  
omnes hic est sanguis meus. Ita sunt clara, de his aperte utrumque  
est dictum. Item iterum breviter ab Apostolo similibus verbis confirma-  
tum, hoc idem Ecclesia Dei eodem modo dictum in saeculis servavit,  
donec appareret in oriente atymus non fermentatus quasi stella  
Luciferi

164. *He ipse recitabat sed voce in <sup>th</sup> Gal.*

174. Luciferi ad commotionem turbam<sup>q</sup> Ecclesie Dei, post orationem Desitione<sup>ar</sup>  
ceremoniarum Moysis, sole jam gratia Divina illucescente. Omnia  
enim nova attestat<sup>q</sup> apostolus, vetera autem transierunt. Et ad Galatas de  
circumcisione scribens dicit: circumcidentes se id est unam partem  
legalium ceremoniarum servantes debitores esse universa legis facti  
ad. dui mox ut vel unica ceremonia ad antiquas illas umbras actus  
num Moysis se convertant, per Decretum Apostoli; gratis pro illis  
Christum Dominum Salvatorem<sup>q</sup> nostrum mortuum non dubitant. Quis  
autem sub duplici specie hoc sacramentum, id est fermentato  
consecrandum sit; patet. Neq<sup>q</sup> enim sani iudicij hominibus licet  
arbitrari ceremonias Moysis ab Apostolis successoribusq<sup>q</sup> eorum  
aliquando fuisse mantentas; qui omnem curam in eo posue-  
rant quatenus ceremonie imo ipsa quoq<sup>q</sup> Lex Moysis abo-  
leretur abjicereturq<sup>q</sup>. Neq<sup>q</sup> vero abjicerent, si illa cum Evange-  
lio Domini nostri Jesu Christi eterno indissolubiliq<sup>q</sup> vinculo con-  
necteretur, non dico commiseretur. Dum igitur sub utraq<sup>q</sup> spe-  
cie Universalis Ecclesia administrabat, atq<sup>q</sup> nunc administrat; ipsa  
etiam Romana Ecclesia adhuc sub utraq<sup>q</sup> consecrat; licet si inju-  
ste in alios consensit; tunc sub utraq<sup>q</sup> specie Patribus etiam  
non distribuit. cum id fecit Ecclesia catholica, excepta sola Ecclesia Ro-  
mana. Ad<sup>q</sup> fecit Ecclesia catholica eo modo sicuti ipse Dominus insti-  
tuit ac precepit, et qualiter Apostolus duplicavit. Etenim Filius Dei  
non ipse tantum ita fecit, verum etiam facere id in commemorationem  
sui ita precepit statuitq<sup>q</sup> neq<sup>q</sup> solum sub duplici specie obtulit, verum  
sub duplici quoq<sup>q</sup> distribuit. Quis ergo fuit ille Iudex ac Director  
deco tamenarius; qui post Filium Dei contra institutionem preceptumq<sup>q</sup>  
Dei Filij, etiam sacramenta Filij Dei ausus est dividere ac dilacerare  
Aut ~~quis~~ quis fuit

Aut quis fuit ille hominum? qui spinas has Divag huc Lyzania scan- 175.  
dali, semini Domini in agro ejus securis hominibus velut ait Dominus  
dormientibus superseminare ausus est?

19  
Quod autem concernit proceptionem spiritus sancti, ex ijs de qui-  
bus loquendum censuimus, antequam ad vestrum sententiam accedamus, abe-  
rum est. de quo nunc dicturi sumus. Si interrogaverimus Verbum Dei quod  
est fundamentum veritatis fidei, liquidem fides est per auditum audi-  
tus autem per Verbum Dei. Si igitur interrogaveris Verbum Dei; Ecce  
ipsum Verbum, Sapientia Divina hoc dixit de illa eterna atq; consub-  
stantiali proceptione spiritus sancti, nec non de moderna in tempore  
ejusdem spiritus missione, sic inquit: Cum autem venerit Paracletus  
quem ego vobis mittam a Patre. Hec est illa moderna in tempore fieri  
solita missio ac adventus, quem adventum et a Filio uti etiam a Pa-  
tre ac a seipso habet spiritus sanctus. Sic enim dicit: Cum autem ve-  
nerit Paracletus. Quia vero etiam a Patre mittitur; ait: quem mittet  
Pater in nomine meo. Prius dixit: quem ego mittam. atq; etiam:  
quem mittet Pater in nomine meo. ostendens id quod fit ad extra  
Trinitatis, fieri ab omnibus tribus Personis sanctissime Trinitatis.

Ubi tenet dicit: spiritum veritatis, ne aliquem spiritum admini-  
stratorum intelligas ex illis qui mittuntur in ministerium ijs qui  
hereditatem capiunt Regni celestis ut ait Apostolus ad Hebreos.  
Ne igitur arbitreris aliquem ex his spiritibus creatis, ad obsequium Dei,  
Deo dixit quem mittet, et quem mittam. et ex hac ratione ob quan-  
dam dilucidationem interpretationemq; ipsius edicti, quia ille spiritus  
sit; addidit dicens: spiritus veritatis qui spiritus sanctus ejusdem  
est substantie cum Deo atq; Patre sicut et Filius.

De illa autem eterna ac consubstantiali eius proceptione ita  
dixit: Qui a Patre procedit. ex quo etiam Filius genitus est. Qui ille  
Pater est Fons, unicusq; principium atq; singularis causa, processum  
Fili;

176. <sup>Specialiter</sup> ~~prosertim~~ <sup>peualiter</sup> autem Filius per generationem, Spiritus autem  
 Sancti per spirationem; qui cum Filio & Spiritu Sancto est unus verus  
 ac immortalis Deus, omniumq; Creator ac Adifex. Ut ubi ubiq; unum  
 principium tam intra Trinitatem quam etiam extra Trinitatem ser-  
 vetur prediceturq;. Et sicut intra Sanctissimam Trinitatem, Perso-  
 nam solius Patris tenens agnosco totius Deitatis principium  
 ut ait Augustinus; ita etiam ad extra Trinitatis, unicum tantum  
 essentiale principium omnium rerum creatarum, consubstantialen-  
 te essentialemq; Trinitatem. Habes ergo ex Verbo Dei, qualiter tibi  
 intelligendum sit de processione illa consubstantiali Spiritus San-  
 cti, quod scilicet sit a Patre; cum non dicat Filius Dei: ex a Filio  
verum: Qui a Patre procedit. Quod dictum per se evidenter clarum  
 elucidatione fallacibus, Sophismatibus non eget. Vis etiam  
 de Patribus Sanctis audire quid sentiant? quid tibi de illis judi-  
 candum? qualiter <sup>illi</sup> dictum Christi exphuerint? Similiter ac  
 etiam ipse Filius Dei docuit. Vis ergo Patres? Sunt supra Nume-  
 rum; non orientales modo, ne obijcias illud quod Thomas de Aquino  
 no Joanni Damasceno improperavit tepide ac indignè tam auri-  
 sapientie! quod nimirum Graeci sint. Quid enim facturus erat  
 Thomas post Lombardum nimirum Sapientis? Hic nimirum homo  
 non habens quid responderet; quo fundamentalissimum documentum  
 auctoritatemq; Sancti Damasceni convelleret. Non dicimus agentis  
Spiritum Sanctum procedere a Filio, quia sunt Graeci respondit. Qui  
 idem Thomas, illud quam maxime curabat, quatenus illi sedi per  
 omnia placere, quod eum postea in Numerum Sanctorum inseruit, idq;  
 ideo ut Fratres suos prestantiores erigeret, utq; eorum testimonia pro se  
 validiora efficeret. Num ignoras etiam subtilis ingenij homines falli  
 dum veritati resistunt? quod etiam Thomae de Aquino evenit. Verum  
 quoniam desideras audire Patres; En tibi Aecopagitanus Dionysium  
 dicentem.

177.  
20

Dicentem: Unus fons totius substantiae essentiae Divinae est Pater. Quod  
idem etiam Augustinus iisdem verbis dixit: Principium totius Deitatis  
est Pater. Habes quoque Basilium Magnum in profectione contra Arium  
et Aetolianos Eunomianorum sic loquentem: Est profecto Pater perfectam  
habens essentiam, nullius egens, radix et fons Deitatis. Et paulo  
inferius: Siquidem ego novi cum Patre spiritum, et non Patrem spiri-  
tum, et cum Filio recipio illum nec appello illum esse Filium, sed  
proprietaem quam habet ad Patrem intelligo, quoniam a Patre proce-  
dit; jam vero proprietaem Filij quoniam audio si quis spiritum  
Christi non habet, non est eius. Et quomodo potest esse proprie Christi, qui  
non habet spiritum Christi? Ubi sufficienter habes quod spiritus S.  
procedit a Patre et quia est spiritus Filij eius et eo quod sit ejusdem  
essentiae cum Filio, quodq; simul sit cum Filio ex Patre tanquam ex com-  
muni radice ac fonte. Haec verba omnia sunt Basilij Magni. Ite-  
rum autem ait: Sicut omnia sunt ex Deo, sed proprietas ipsa Filij  
ex Patre Deo et spiritus S. a Deo Patre. Quoniam et Filius a Patre exiit  
(ipse Filius Dei apud S. Joannem ecce dicit) et spiritus S. a Patre  
procedit. Ergo Filius a Patre per modum generationis, spiritus autem  
Sanctus ineffabiliter a Patre procedit. Haec S. Basilij dicit Evange-  
liorum confirmavit. Potero etiam meminisse Nazianzeni idem sapien-  
tis doctusq; plurimis in locis ac admodumclare. Praecipue ubi Pa-  
rem vocat principium Deitatis Filij et spiritus Sancti. Parvanum  
inquit rerum esset causa Pater, si non esset principium Deitatis  
Filij et spiritus Sancti. Quod ille graeca dictione dixit: Deitatis  
quo est in Filio et spiritu Sancto. Verum ego humanitatem tuam  
deprecor, quatenus ne aspernaris prolixitatem sermonis, loqum  
enim orationis compensabit copia fructus. Enimvero suppono non  
esse petendam

170. esse petendam veniam in rebus magnis prestantibusq; que ad immortalitatem animo collimant, presertim ab Homnibus ad subtilem rerum discretionem aptis.

Igitur ne te die detineam, unicum sanctum admodum, scilicet Gregorium Nissenum, Fratrem illius Magni Basili; Patrem Patrum, omnigena scientia disciplina, sanctitate, ac eloquio conspicuum. Neq; etiam huius universa adducam testimonia, uno aut ad summum duobus contentus. Hic ergo Pater Libro 1. contra Eunomium sic habet: Pater in illa eterna substantia absq; principio est ac ingenuitus semperq; Pater est. Ex eodem autem simul ac indivisibiliter unigenitus Filius simul cum Patre intelligitur. Per hunc autem et cum eodem Filio priusquam aliqua inania verba aut quid vanum intellectus humanus capiat statim etiam Spiritus Sanctus simul intelligitur, non quasi posterior sit Filio secundum existentiam, verum post Filium secundum ordinem nominatur. Ne intelligatur aliquando fuisse Filius sine Spiritu Sancto, idcirco dicitur per Filium non quasi a Filio esset, sed ut una ac simul cum Filio a Patre <sup>intelligatur</sup> <sup>conceperatur</sup>. Idem Gregorius addito ajens: Verum quia ex Deo immortalis ex ipse Spiritus s. causam habet existendi, a quo (Deo Patre) ex unigenita lux est, <sup>ac</sup> pervenit lumen eluxit estq; manifestatus. Qui neq; diversitate natura, neq; divisibilitate a Patre ac unigenito Filio separatur, cum sit scilicet ubiq; sit communis consubstantialisq; atq; coessentialis. Viden? Spiritum Sanctum <sup>patre</sup> principium seu causam essentie solum a Patre a quo procedit? a quo est etiam unigenitus Filius, licet si conjunctus id est ejusdem nature substantie ac essentie cum Filio.

Admodum insuper hunc etiam locum per se evidenter etiam Gregorius in eodem Libro, ubi ajt: Ad <sup>considerandum</sup> hoc de Trinitate Sancta

sancta mysterium elevare debemus intellectum. <sup>omnium</sup> Insipum est ~~ut~~ ne naturae  
terrenorum illam comparemus. Veruntamen ut aliquod exemplum pro-  
ponamus. Radium solis non intelligimus esse alium solem, sed ex inge-  
nito sole simul intelligimus, cognoscimusq; illum cum primo lumine  
illo sole esse <sup>idem</sup> unum. & ex illo sole generationis modo lucentem, per  
quem solem tota Trinitas sancta cognoscitur cum suo decore, virtute,  
luce maiestate, pulchritudine, ceterisque alijs, uno verbo totum quod est  
in sole videri potest. Et iterum alia vere similis lux eodem modo nulla  
diversitate temporis a luce genita separata sed <sup>per</sup> eandem profecto  
luens, causam autem sui propriae essentiae habens ab illo primo ide-  
ali lumine (id est Patre) Lux profecto etiam haec, luce in simi-  
litudinem illius lucis, quae ut ita dicam ante hanc scripturam nostri subi-  
citur, aequaliterq; illuminat, ac cetera omnia operatur, <sup>quod sunt</sup> ~~quod est~~ pro-  
priae luminis (nullam enim lux habet cum lumine secundum  
hoc quod est lux diversitatem) dum sanctitatis decore seu pulchri-  
tudine in nullo pauperior aut inferior suo lumine, neq; insufficientior  
apparet. Quae illa lux respectu sua perfectionis ac honoris Patri et Filio  
annumeratur, ac seipsa accessum, ad illud lumen, quod in Patri et Filio  
intelligitur, <sup>comunicat</sup> ~~universis~~ qui hac communicatione digni sunt communicat.  
Praetermitto interea alia <sup>Patrum</sup> testimonia praesertim Divi Damasceni, qui  
illa verba: A Filio autem spiritum non dicimus aperte sine scripta  
reliquit. Praetermitto autem ideo quia Graeci sunt; quod Thomas de  
Aquino in libro contra errores Graecorum objicit (blasphemant enim  
aperte, ubi aut deludere aut corrumpere non valent) quod apud  
eundem Thomam factum est, dum illa verba Gregorii Niseni  
per proximiora a priora. Corrupta sunt ac immutata in illa: Appro-  
ximiora ex priora, cum interpretanda forent per proximiora  
a priora, id est per Filium a Patre, quod longe diversum est ab illis  
verbis

184. *Iste ipse recitabat sed voce iam deb.*

100. Verbis quae apud Thomam eversa ac corrupta legimus a Proximio et pro-  
re. Siquidem iustum decensq; est, et hic est ille ordo in essentia S. Trini-  
tatis ut ad intelligendam seu cognoscendam, predicandamq; Personam  
Patris simul ac ultra omne medium cognitio et predicatio Filij intelli-  
gatur inferaturq;. Ut Paterna relationis vis respiciat illationem Filij  
seu mediationem, cum, ~~per quem~~ per quem (Discipulus forte post quem  
nisi sub hac dictione intelligeretur quiddam inconveniens, hoc  
enim dictio post seu post hoc designat quandam suspitionem ac  
apprehensionem temporis aut latitudinis vel negationis, quae ab illo  
Divinarum Personarum ordine longe abalienavit Superius Gregorius  
Hispanus.) Cum quo inquam aut per quem, ut Spiritus Sancti cognitio  
ac notio quam commodissime intelligatur ac enuntiatio decenter  
exprimatur, omni umbra Filiationis seclusa. Ne scilicet si statim  
ac immediate ad Patrem intelligeres aut inferres spiritum, Filius vi-  
deatur esse Filius Spiritus Sancti, aut ipse Spiritus Filius ut in alio loco  
expresse Gregorius Hispanus dixerit. Cum dicimus (ait ille magnus  
Theologus) Spiritum a Patre per Filium procedere (quod Latine inter-  
pretantes a Patre et Filio scribunt, quod etiam in libris Sancti  
Grilli latino prolo impressis factum est perquam turpiter aut erro-  
re aut consulto) venit tamen cum dicimus inquit Spiritum Sanctum  
per Filium a Patre procedere, hanc mediationem Filiationis etiam  
sibi ipsi (scilicet de Filio) relinquit, ut Unigenitus sit, et Spiritui Sancto  
illam relationem seu conexione, quam etiam ipse Spiritus ad Patrem  
habet ac proprietatem non impedit. Ut vero omittam S. Patres prae-  
cipue Graecos (scilicet quae objectio Thomae septima et non dicam blasphema  
Theologos indigno, usq; Apostolos ipsamq; Dominum nostrum Jesum  
Christum qui sic docent tangit) ut inquam hos omittam, quos lati-  
no idiomate interpretantes vehementer depravant; quod huc dicitur  
in Symbolo



in Symbolo Sancti Athanasij uti imprudenter ita nimium impie factum  
est, cum additamento ex Filio typis illud imprimunt. Neque appere  
hendere quidem potuerunt, quod si adhuc a temporibus Athanasij  
sepius seu Symbolum fuisset cum additamento ex Filio, gratis ac pepe-  
ram inchoanda fuissent tot tanteq; rixae, in conventu illo infelici  
Florentino, ut offenderent soli Episcopo Romano iuxta illam quam  
sibi appropriat supremam auctoritatem licere etiam articulis Fidei  
quae placuerint addere. Veruntamen Orientale. Secum ac cum San-  
ctis Apostolis, ipsoq; Domino nostro ab Aquinatis luxa longe distans  
quiescere sinamus, ne Thomas de Aquino aut etiam Lombardo  
laborens augeant.

Ad Occidentales Patres convertamus animum. In primis autem  
ad illum ipsum Augustinum, quem primum omnium Romana Aula  
adfirmare conatur hanc de processione spiritus sancti etiam a Filio sen-  
tentiam conuasse; quem etiam quandoq; Romana Aula probe depe-  
sum cum ignominia reprobat. uti in illo loco ubi dicit Petrum non esse  
illam Petram super quam Filius Dei Ecclesiam suam aedificandam  
pollicitus est. Et revera loquendo ita est, quod dum quandoq; perplexa  
quandoq; dubie de utraq; processione loquitur; tunc illi id quod de altera  
dicit ad primam detorqueant. Sit sane, quod Augustinus illi conu-  
sententiae favere videtur videatur; verum de Augustini sententia fu-  
suis, in primo ex illis quatuor Libris quos de Constitutionibus Eclesi-  
asticis conscripsimus. ubi diligenter curavimus Augustinum cum  
Evangelij Dei, Patribus, Sanctis quantum fieri potuit concordare.  
curavimus; nunc illud mihi incumbit ut ostendam Augustinum pro Ecle-  
sia catholica ~~contra~~ <sup>fiat</sup> iustum est contra Romanam Aulam pugnare  
militare. Est locus in capite octavo de predestinatione sanctorum,  
ubi ut intelligi potest clarissimum sensum edidit, cum ut ipse refertur  
illum Librum

102 illum Librum post Libros de S. Trinitate conscripserit. Ibi haec habet.  
Verum ideo ad Patrem hoc refert, quoniam ex Patre Spiritus S. procedit, &  
quo etiam Filius est genitus. Et de Trinitate qua Deus est Libro 15.  
De Symbolo Fidei dicit: Filius Patri debet quia est illius, pro eo etiam  
debet Patri quia idem est equalis Patri. De Spiritu autem Sancto nequidum  
adeo sufficienter aut diligentius controversum est. (Et haec forte erat causa  
difficultatis Augustini) a doctis magnisque sensu sacrae expositoribus  
ut facile intelligi possit eius proprietates, qua proprietatis fit, quod quidam  
illum nec Patrem neque Filium nominare possimus sed tantum Spiritum  
Sanctum. Unde infert: Cavent interea inquit Expositores, ne genitum  
Spiritum Sanctum <sup>tanquam</sup> dicit Filium a Patre predicent. (memento a Patre)  
Unus enim est Christus, neque a Filio quasi neque Supremi Patris, neque etiam  
pro hoc quia est quasi nullus debeat sed Patri (memento Patri) sed Patri  
debet pro eo quia est. Dico Patri, ex quo omnia, ne duo (memento  
to diligenter quid dicit Augustinus) ne duo statuam principia sine  
principio quod est nimis fabrum ac nimis turpe & non Catholicum  
Fidei sed quorundam haeticorum proprius error. Haec eo loco.

Edidit etiam Augustinus <sup>modicum</sup> exiguum Libellum, rem pretiosam, in  
quo brevissime sed supra quam facile aequi deq. ac docte, vix non  
de universis Christianae Religionis rebus cum Summa Diligentia  
dixerit. Ibi capite 9 sic ait; Incipit autem caput: Deum ergo  
quaerimus quid credendum est? quid Religionem concernit? non  
est opus naturam rei tantopere investigare. Et ulterius claudit  
doctrinam totius capitis his verbis. Sufficit Christiano. rerum cre-  
atarum sive caelestium sive terrestrium sive visibilium sive invi-  
sibilium nihil plus tantum bonitati credere Creatoris, qui unus  
est verus Deus. Et quod nulla sit natura, quae aut ipse non sit aut  
non ab illo, & quod haec sit Trinitas scilicet Pater & Filius a Patre geni-  
tus & Spiritus Sanctus (huic accede & ausculta) ab illo procedens, sed